Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26341
Copyright: Admont, Benediktinerstift



79r

Tu autem eruisti animam meam ut non perirem: proiecisti post
tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi. neque mors laudabit
te. non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.
Viuens uiuens ipse confitebitur tibi. sicut et ego hodie.
pater filiis notam facit veritatem tuam.
Domine saluum me fac et psalmos meos cantabimus cunctis
diebus uitae meae in domo domini.
Exultauit cor meum in domino. et exaltatum est cornu meum in domino meo.
Dilatatum est os meum super inimicos meos. quia letatus sum
in salutari tuo. sicut dixerunt:
Non est sanctus sicut est dominus. neque enim est alius extra te. et non est fortis
Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.
Recedant uetera de ore uestro. quoniam deus scientiarum dominus est. et
ipsi praeparantur cogitationes.
Arcus fortium superatus est. et infirmi accincti sunt robore.
Repleti prius pro panibus se locauerunt. et famelici saturati sunt.
Donec sterilis peperit plurimos. et quae multos habebat
filios infirmata est. et reduxit.
Dominus mortificat et uiuificat. deducit ad infernum
Dominus pauperem facit et ditat. humiliat et sublimat.
Suscitat de puluere egenum. et de stercore eleuat pauperem.
Vt sedeat cum principibus. et solium gloriae teneat.
Domini enim sunt cardines terae. et posuit super eos orbem.
Pedes sanctorum suorum seruabit. et impii in tenebris con
tacescent. quia non in fortitudine sua roborabitur uir.